



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 90119231**

§. 115. Ejusdem Pontificis gesta in Pontificatu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

Sæc. XVII.  
A. C. 1690.

## §. CXV.

*Ejusdem Pontificis gesta in Pontificatu.*

**M**ulta, magnaue hunc Pontificem exiguo admodum tempore gessisse, hucusque recensita testantur, abs dubio majora prudentiæ ac fortitudinis Apostolicæ specimina editurus, nisi tam probatæ virtutis dexteritatisque Præsulem mors Orbi Christiano invidisset: Eminuit præcipue singulari Zelo, quo Romanæ Ecclesiæ jura, ac integram fidem usque ad postremum vitæ halitum sartam tectam servare studuit: liberalem se quoque ac munificum erga bene meritos, præsertim suos affines exhibuit, unde non mirum, quod ab æmulis Nepotismi redarguatur: Profudit etiam ingentes opes in eos, qui Christianæ fidei studio arma in Turcas verterunt, unde in laborum pro fide & Republica exantlatorum mercedem Francisco Mauroceno Venetorum Duci Pileum & Ensem transmisit. Ut vero tanquam providus Pater subjecti populi necessitatibus succurreret, Nepoti suo in mandatis




datis dedit, ut severe inquireret in Sæc. XVII.  
 eos, qui annonam fraudabant, ipse A.C. 1690.  
 vero in publicis horreis semper vi-  
 ginti mille tritici modios reconditos  
 haberet, data omnibus copia segetem  
 distribuendi, retenta duntaxat ea fru-  
 menti parte, qua quotannis triticum  
 ad publicam alimoniam distributum  
 compensaretur: imminuit etiam vecti-  
 gal carnis, olei & tritici Romanis ci-  
 vibus impositum. Ferventibus au-  
 tem inter suos Domesticos diffidiis  
 totus in eo erat, ut posito odio  
 illico reconciliarentur: prohibuit e-  
 tiam artificibus, civibusque, ne Re-  
 gum, ipsiusque Papæ insignia in æ-  
 dium superliminaribus affigerent, eo-  
 quod sub umbra picti Principis non  
 raro libidinem grassari, & delictor-  
 um impunitatem invehi comperiisset:  
 Gubernatori sciscitanti, an ad æra-  
 rium gravi onere levandum militum,  
 quorum plusquam quater mille in  
 signis erant, numerum imminui vel-  
 let, respondit: *Principum honori esse,*  
*non oneri phalanges militum, potius li-*  
*dores & satellites dimitteret, hos enim*  
*Romæ superabundare: rediret autem ci-*  
*vitas in civitatem, & ad seipsam Ro-*  
*ma, Majestate ac libertate vetusta ser-*  
*vata. Ceterum Alexandrum Jesuitis*  
 minus



Sæc. XVII. minus affectum asserunt nonnulli,  
A. C. 1690. Huylenbrockius tamen Jesuita (\*)  
 testatur, quod Jesuitæ huic Pontifici  
 præsentissimum Societatis discrimen  
 atque excidium a se sublatum esse  
 non sine ingenti lætitia adscri-  
 ptum referant.

(\*) Præf. pag. 7. Vind. Soc.



BENE.